

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Voluntas ae  
cum fontibus primis

Grande malum propria uoluntas qua fit  
ut bona tua bona non sint.

Grande malum propria voluntas, qua fit  
ut bona tua, tibi bona non sint.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 71, 14 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.224, ll.8-9).

Quem enim modum sibi ponit humana  
cupiditas? Nonne qui per usuram  
acquirit pecuniam modicam, similiter  
mundum luctari conaretur uniuersum, si  
non deesset possibilitas, si suppeteret  
uoluntati facultas?

Bernardus super Cantica sermone  
LXXII.

Quem enim modum sibi ponit humana  
cupiditas? Nonne qui per usuram  
acquirit pecuniam modicam, similiter  
mundum lucrari conaretur universum, si  
non deesset possibilitas, si suppeteret  
voluntati facultas?

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in die Paschae*, 3, 3 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.106, ll.6-9).